quid dignum his sit qui ad delictorum fastigia peruenerunt. nihil
est quod residuum aut adflicta credat patria aut pater extinctus;
facessat a nobis principis uiri argumentis acẽbare commissum.
sufficiunt nudare eorum uocabula nullo defensionis munienda
priuilegio. adam sane delictu quodam quę sunt praecelsa reatuũ
ne ulla res uideatur de actione subtracta quã fugacibus ut aestimo
uestigiis inuenistis ambitur parricidae statua fortiũ uallata
lateribus; et simulacrum quod aut litteraria cura peperit aut martius
campus refudit. huius imagine posthabetur. duriter si credentes
ferunt tote uectitiulis nulla se ab effusore paterni sanguinis
retributione distare. et si qui animabus reliquos uigorē de flent
premia sua que ad nisu roboris exegerunt. ubi honesta subistudii
liberalis efficatia ubi munus pro patria dimicantis. si aereas formas
areis possessor exhibet et qui genitoris funus procurat obtineat
uos tantum digna meritis exhibete tormenta ne si inpar poena
impetus adiixerit nec uobis debeatur laudatio directa censen
uno itinere et uita pellantur quibus poene par existit et sceps dilecti f.

AUIENO ENNODIUS

Bene magnitudo uerã dum origini et moribus praestat obsequiũ
emendationē sine interuallo coniungit errori
et quod peccatum sapienter intellegit priusquam altero de
nuntietur auertet. qui se credat delinquisse in correctione uelocissimũ
pene n̄ uocandus ē sectator excessuu qui obuiã manũ ponit in sub
reptione culparũ. haec tibi domine ad ea quae es dignatus scribere
gratia uerã ducere spondeo. ceterũ humiliorē me proposito actuũ
meorũ pondera reddiderunt. uix miseria remansi idoneus
reformare conloquia. Domine mihi salutationis obsequia p̄sentans
dn̄ rogo qui culminibus uestris fructum pro hac qua humilē
non spernitis consideratione restituat legi.;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0256